

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIIT CONCILIVM BRACCARENSE TERTIVM HABITVM ANNO QVARTO
VVAMBANI REGIS ERA. DCXIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad ianuam ecclesie catholice semper subiaceat, & communio nem in exitu vite sue recipiat, si autem non voluntarie, sed casu aliquo homicidium fecerit, prior cano septem annis agere penitentiam iussit, secundus canon quinq; mandauit. **A**

Capitulum octuagesimum

Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit a communione abstineant vsq; ad mortem, in morte autem ab eis communione accepta, si de infirmitate coualerint, agant plenam penitentiam tempore constituto. **B**

Capitulum octuagesimum primum.

Si quis multis nuptiis fuerit copulatus penitentiam agat, conuersio autem & fides penitentis cōpendit tempus. **C**

Capitulum octuagesimum secundum.

Si quis cuiuslibet animalis cōmixtione peccauerit, quindecim annis in humilitate subiaceat ad ecclesie ianuam, & post hos alii quinq; annis in orationis cōmunionē receptus penitentiam agat, & sic gratiam suscipiat sacramenti, Interrogentur autem alii de eo qualē vitam in penitentia egerit, & sic cōmunionis misericordiā consequatur, Si quis autem post viginti annos habens uxore huic peccato irruerit viginti quinq; annis humilitati subiaceat & quinq; annis orationibus tantū cōmunicās postea recipiat sacramētum, Quod si hanc mensurā aliquis trāsgressus fuerit, sacramentū in exitu consequatur, oportet enim tales inter demoniosos orare. **D**

Capitulum octuagesimum tertium.

Si quis de corpore exiens nouissimū & necessarium cōmunionis viaticum expetit, non ei denegetur, quod si in desperatione positus post perceptā cōmunionem iterum sanus fuerit factus, tātum oratione particeps sit. Nam non accipiat sacramentū, donec constitutum pure impleat tempus, Qui ergo in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum, cum consideratione & pbatōne episcopi accipere debent. **E**

Capitulum octuagesimum quartum.

Si quis intrat in ecclesiam dei, & sacras scripturas audit, & pro luxuria sua auertit se a cōmunionē sacramēti, & in obseruādis mysteriis declinat constitutam regulam discipline, illum talem proiciendum de ecclesia catholica esse decernimus donec penitentiam agat, & ostendat fructum penitentie sue, ut possit cōmunionē percepta indulgentiam promereri. **F**

Capitulum octuagesimum quintum.

Non liceat cōmunicare excommunicatis, neq; in domos eorū introeūtes orare cū eis, neq; liceat cū eis in alia ecclesia segregari, si autem aliquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excommunicato cōmunicauerit quasi perturbans omnem disciplinam ecclesiasticam excommunicetur. **G**

ExPLICIT liber excerptorum sancti Martini braccarensis episcopi ex synodis orientalium.

INCIPIT CONCILIUM BRACCARENSE TERTIUM HABITVM ANNO QVARTO VVAMBANI REGIS ERA. DCXIII.



CENTER SATIS PER DIVINVM SPIRITVM IN BRACCARENſi vrbe collecti, & de his que intra ecclesiā peruersa actione geruntur tractatu ri cōuenim⁹, ut adiuuāte nos illo qui dicit, ubicūq; duo vel tres collecti fuerint in nomine meo, ibi ero in medio eorum pari animo pariq; deuotionis studio exurgentes male habitos extirpemus errores, Etenim dū nos in vnū synodalis actio aggregasset, debitis in sedibus collocati primum de sancte fidei sacramento cepimus habere sermonem, scilicet ne aut vanitate disputantiū aut nescientia simplicium erroris quippiā in hoc sacramento fidei teneretur, vnde cum omnes nos in vera fidei ut speculum perlustraremus illesos, ideo quia nullum nostrum schismatici erroris fatigauerat turbo, sed vera nos & simplex in hoc sacramento apostolica ostendit idoneos p̄dicatio, grates omnipotentī peregimus deo, quod hāc nostre fidei regulā ipsis verbis atq; sententiis cōmemoranter pretextimus, quibus & in cōuentu niceni concilii declaratam esse scimus. **H**

Credimus in vnum deum patrem omnipotentem factorē celi & terre, visibiliū omniū & inuisibiliū conditorē, Et in vnum dominū Iesum Christum filium dei vnigenitum, ex patre na-

tum ante omnia secula. Deum ex deo, lumē ex lumine, deum verum ex deo vero, natum non factū, omouision patri hoc est eiusdem cum patre substantie, per quē omnia facta sunt que in celo, & que in terra, qui propter nos & propter nostram salutem descendit, Et incarnatus est de spiritu sancto nat⁹ ex maria virgine, Homo natus sub pontio pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in celos sedet ad dexteram dei patris, iterum venturus iudicare viuos & mortuos, Cuius regni non erit finis. Cre-
dimus & in spiritum sanctum dominū viuificatōre, ex patre & filio procedentē, cum patre filio ado-
randum & glorificandū. Qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam & apostolicā
ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem
mortuorum. Et vitam futuri seculi. Amen.

A Post huius sancte fidei sacramentum relegatus est in contione omnium nostrum error manife-
stus pariter & diuersus, qui tanta debet discipline arte retundi quanta & perueritate compro-
batur infundi. Quidā enim in sacrificiis domini relati sunt lac pino offerre, eucharistiā quoque vino
madidā pro complemento cōmunionis credunt populi porrigendā, & quod peius his omnibus
est quidā sacerdotum in vasis domini epulas sibi apponunt, & manducare in eis presumunt, quidā
etiam ex sacerdotibus relati sunt, qd ecclesiastice consuetudinis ordine pretermisso missam sine pce-
orationis audeāt dicere, & quod in solēnitatibus martyri reliquias suo collo imponant, & in sellulis
non ab aliis se portandos nisi ab abbatibus diaconibus credant. Illud quoque quod plerique sacerdotum
absq; testimonio cum feminis cōmorantur, & quod quidā illorum honoratos fratres suos verberibus
indiscretis subiiciāt, Nec nō & illud quod quidam symonis cupiditate arrepti quos ordinaturi sunt
sub cautione dimittant, qualiter postq; ordinati fuerint, pecuniam ab illis promissam accipiant. Illud
quoque quod familiam ecclesie in propriis laboribus quassant damnū e dominicis faciētes, que om-
nia ne confuse videātur esse prolata, discretis titulorum ordinibus credimus subnectenda.

Incipiunt capitula.

- | | | | |
|------|---|------|---|
| i | ¶ Ut repulsis omnibus opinionibus sup-
stitutionum panis tantū & vinū aqua per-
mixtum in sacrificio offeratur. | v | ¶ De damnata psumptione quorū dā epī-
scoporū q in festiuitatib⁹ martyri ad eccle-
siā pcedētes, appensis collo reliquis abbatibus
diaconibus in sellulis vectantur. |
| ii | ¶ Ne vasa domino sacra humanis vsib⁹
seruiant. | vi | ¶ De honestate honoratorū & disciplina. |
| iii | ¶ Ne sacerdos sine oratio missam audeat
celebrare. | vii | ¶ Ne promissione munerum honoris gra-
tia venundetur. |
| iiii | ¶ Ne sacerdotes siue qcuq; ex clero sine te-
stimonio cū quibuscumq; feminis habitet. | viii | ¶ Ne rectores ecclesie prius ppria q eccle-
siastica iura laborare intendant. |

Capitulum primum.

B  VM OMNE CRIMEN ATQVE PECCATVM OBLATIS
deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro delictorum expiatione domino dabi-
tur, quando in ipsa sacrificii oblatione erratur. Audiuim⁹ enim quosdā schisma-
tica ambitione detentos contra diuinos ordines, & apostolicas institutiones lac
pro vino in diuinis sacrificiis dedicare, alios quippe intinctam eucharistiā po-
pulis pro complemēto cōmunionis porrigere, quosdā etiā nō expressum vinū
in sacramentis dominici calicis offerre, sed oblati tantū populos cōmunicare,
Quod quā sit euāgelice atq; apostolice doctrine cōtrariū & consuetudini ecclesiastice aduersum, nō
difficile ab ipso fonte veritatis pbatur, a quo ordinata sacramentorum mysteria pcesserūt. Cū enim
magister veritatis verum salutis nostre sacrificiū suis cōmendaret discipulis nō illis lac sed panē tantū
& calicē sub hoc sacramēto cognoscimus cōmendata. Ait enim euāgelica veritas, Accepit Iesus pa-
nē & calicē, & benedicēs dedit discipulis suis. Cesset ergo lac in sacrificio offerri, quia manifestum &
euidēs exēplū euāgelice veritatis illuxit, quod pter panē & vinū aliud offerri nō sinit. Illud vero qd
pro cōplemēto cōmunionis intinctā tradūt eucharistiā populis, nec hoc platū testimoniū ex euā-
gelio recipit, vbi apostolis corp⁹ suū & sanguinē cōmendauit, seorsum enim panis, & seorsum calicis
cōmēdatio memoratur. Nā intinctū panē aliis christū pbuisse non legimus excepto illi tantū disci-
pulo quē intincta Bucella magistri pditore ostēderet, nō que sacramēti hui⁹ institutionē mōstraret.
Nam quod

Nā qđ de exp̃sso botro. i. de vuarū granis populus cōicatur, valde est omnino cōfūsum. Calix enī dominicus iuxta qđ qđā doctor edisserit vīno & aqua pmixtus debet offerri, qā videmus in aqua popu-
lū intelligi, in vīno vero ostendi sanguinē Christi. Ergo quando in calice vīno aqua miscetur, xp̃o po-
pulus adunatur, & credentium plebs ei in quē credidit copulatur & iūgitur. Que copulatio & cōiun-
ctio aque & vīni sic miscetur in calice dñi, vt cōiunctio illa nō possit separari, nā si vīnum tantū quis
offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis, si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine xp̃o. Ergo qñ
botr⁹ solus offertur in quo vīni tantū efficiētia demōstratur, sacramētū nīe salutis negligitur, qđ p aquā
significatur. Nō enī potest calix dñi esse aqua sola, aut vīnū solū, nisi vtrūq; sibi misceatur, & iō qā iā ex
eo plurima & multiplex maiorū manauit sentētia, quorū pietas in deū religiosa sacramētōrū horū &
efficientias copiosas differuit, & institutiōes verissimas declarauit, oīs talis error atq; p̃sumptio cessare
iā decetero debet, ne puerorū inordinata cōpago statū veritatis eneruet. Et iō nulli deiceps licitū sit aliā
in sacrificiis diuinis offerre nisi iuxta antiquorū sniam cōciliorū panē tātū & calicē vīno & aq; pmixtū.
De cetero aliter quam preceptum est faciens tam diū a sacrificando cessabit, qđ diu legitima penitentie
satisfactio correptus ad gradus sui officii redeat quod amisit.

Capitulum secundum.

Omni cura omniq; studioq; prouidēdum est, ne hi qui locum videntur obtinere regiminis, cōtu-
meliam videantur inferre celestibus sacramentis. Et enim quod & auditui terribile & visu exetabi-
le iudicatur relatum est nobis quod quidam sacerdotum sacrilega temeritate precipites vasa domini
in proprios vsus assumant, epulasq; sibi in eis comedendas apponant, quod malum & obstupētes de-
flemus, & desentes obstupescimus, vt illic humana temeritas sibi epulum prepararet, vbi sanctum spiri-
tum cognoscitur aduocasse, & ibi esum carniū crapulatus assumat, vbi diuina visus est celebrasse my-
steria, & in quibus tantum sibi offerri sacramenta pro expiatione delictorum precepit, in his expleat
volūtatem ludibrii sui. Et ideo huius decetero presumptionis persona que sciēdo diuina vasa, vel mi-
nisteria aut in vsu transfulerit, aut comedere in his, vel poculū sibi sumēdū elegerit, gradus sui vel of-
ficii periculū sustinebit, ita tamen vt si de secularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur, si ve-
ro religiosus ab officio deponatur. Sub hac quoq; dānationis sententia & illi obnoxii tenebūtur ecclē-
siastica ornamenta, vel a alia quelibet indumenta, atq; etiam vtenilia sciēdo in suos vsus transfuler-
int, vel aliū donanda, vel vendenda crediderint.

Capitulum tertium.

Quoniam antiqua ecclesiastica nouerimus institutione prefixū, vt oīs sacerdos cum ordinatur ora-
rio vtroq; humero ambiatur, scilicet vt qui impurbatus precipitur consistere inter prospera & aduer-
sa virtutum semper ornamēto vtroq; circūseptus appareat humero, qua ratione tempore sacrili-
cii non assumit quod se i sacramēto accepisse non dubitat. Proinde nobis omnibus cōuenit, vt quod
quisq; percepit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione sue salutis, scili-
cet vt cum sacerdos ad solennia missarū accedit, aut ipse deo sacrificiū oblaturus, aut sacramētū cor-
poris & sanguinis domini nostri iesu christi sumpturus non aliter accedat, quam orario vtroq; hume-
ro circūseptus, sicut & tēpore ordinationis sue dinoscitur cōsecratus, ita vt de vno eodemq; oratio cer-
uicem pariter & vtrumq; humerū premens signū in suo pectore prepararet crucis, si quis aliter egerit
excommunicationi debite subiaceat.

Capitulum quartum.

Quamq; antiqua canonum institutio de huiusmodi presumptione absolutas & multiplices disci-
plinas, atq; institutiones ediderit, nos tamen breuitatis causa omnē fornicandi occasionē cupientes au-
ferre id omnimoda sancim⁹ auctoritate tenendum, vt nullus sacerdotū siue quisq; de clero absq; ho-
nesto & cōpetenti testimonio excepta sola matre cū quibuscumq; feminis secrete se p̃sumat adiūgere, &
nō solū cū extraneis mulieribus, sed cū ipsis etiā sororibus, vel propinquis ne licentia sororū, vel ppin-
quarū mulierū quisq; solus familiarior habeatur, ad ppetrandū scelus. Huius ergo preceptiōis trans-
gressor sex mensibus se nouerit penitentie legibus subiacere.

Capitulum quintum.

Bona si quidē res est diuina sacerdotib⁹ contrectare mysteria, sed cauendū valde est, ne hoc quisq;
ad vsu prauitatis sue intorqueat, vnde soli deo de bona cōsciētia placere debuerat. Scriptū est enī, ve
his qui faciunt opus dñi fraudulenter & desidiose, vt enī quorundā ep̃orum detestanda p̃sumptio
nostro se cetui intulit dirimenda, agnouimus quosdam de episcopis quod in solennitatibus marty-
rū ad ecclesiam progressuri reliquias collo suo imponāt, vt maioris fastus apud homines gloria intume-
at.

P. i.

CONCILIVM BRACCARENSE TERTIVM.

scant, quasi ipsi sint reliquiarum archa, leuite albas induti in sellulis eos deportet. Que detestanda presumpcio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata vanitas sola preualeat, si modum suum vniuersi cuiusq; ordinis reuerentia non agnoscat, & ideo antiqua in hac parte, & solennis consuetudo seruabitur, ut in festis quibusq; diebus archam domini cum reliquiis non episcopi, sed leuite in humeris gestent, quibus & in veteri lege onus idem impositum nouimus esse preceptum. Quid si & episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse a diaconibus in sellula vehatur, sed potius pedes eque vna cum populi progressionem procedente ad conuenticula sanctarum ecclesiarum sancte dei reliquie per eundem episcopum portabuntur, iam vero qui hec instituta sciendo adimplere distulerit, quamdiu in officio fuerit a sacrificando cessabit.

Capitulum sextum.

¶ Cum beatus apostolus arguere obsecrare vel increpare in omni patientia precipiat, extra hanc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis cedibus in honoratos efferuiscere, quanta poterant latrocinantium promereri persone. Et ideo qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, id est presbyteri abbates & leuite qui excepto grauioribus & mortalibus culpis nullis debent verberibus subiaceri, non est dignum ut passim vnusquisq; prelatus honorabilia membra sua prout voluerit, & ei placuerit verberibus subiiciat & dolori, ne dum incaute subdita percutit membra, ipse quoq; debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud quod quidam sapiens dixit, leniter castigatus reuerentiam exhibet castiganti, asperitatis autem nimie increpacio, nec increpationem recipit nec salutem, & ideo si quis aliter quam dictum est predictos honorabiles subditos licentia percepte potestatis elatus malitia tantum crediderit verberandos iuxta modum verberum quem intulerit excommunicationem pariter & exilii sententiam sustinebit.

Capitulum septimum.

¶ Quia non expedit, ut donum sancti spiritus pecuniis comparetur, quamq; ex hoc antiquorum canonum discipline maneant diuerse, tamen quia necesse est ut frequentius retundatur quod sine intermissione presumitur, ideo nouelle huius institutionis formulam instituentes decernimus, quicumq; pro conferendo cuiq; sacerdoti gradu, aut munus quodcunq; aut promissiones muneris anteq; ordinetur acceperit, vel etiam postq; ordinatus fuerit in aliquo se pro hoc ipso presumpserit munerari, siue qui dederit, siue ille qui acceperit, iuxta sententiam Calcedonensis concilii gradus sui periculum sustinebit.

Capitulum octauum.

¶ Non decet rectores ecclesie in suis strenuos, & in ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quorundam fertur opinio quod quidam sacerdotum familias ecclesie sic in suis laboribus quassent rei proprie preceptum augentes, dominicis vero dispendium nutriendos. Vnde quicumque sub hoc neglectu res diuinas laborare distulerit placito speciali distringendus est, qualiter si de rebus seu augmentis ecclesie sic questum laboribus suis proprie auxit, & ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, quicquid in rebus ecclesie minuit illi restituat ex cuius rebus atq; suffragiis suos conuictus fuerit applieri labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesie, aut substantie expendit, aut dispendii, vel perditionis quippiam tulit, si hoc comprobari potuerit, totum illi a rebus ecclesie eiusdem reformabitur pro cuius utilitatibus id expedit probatur. Gratias itaq; omnino poteri pagimus, post hec sit pax salus, & diuturnitas piissimo, & amatori christi domino nostro Vnigenito regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit, diuinam postulantes clementiam, ut gloria christi regni eius corroboret usq; ad ultimam senectutem prestante ipso, q; cum patre, & spiritu sancto uiuit & gloriatur in Trinitate Deus, in secula seculorum. Amen. Leodigius in christi nomine episcopus subscripsi, Iulianus in christi nomine episcopus subscripsi, genitibus in christi nomine tudensis ecclesie episcopus subscripsi, Frearicus deo iubente portugalensis ecclesie episcopus subscripsi, Beia in christi nomine Britanniensis episcopus ecclesie subscripsi, Isidorus asturensis ecclesie episcopus subscripsi, Alarius Aureline ecclesie episcopus subscripsi, Rectogerus lucensis ecclesie episcopus subscripsi, Hildulphus qui cognominor Felix hiriensis ecclesie episcopus subscripsi.

¶ Explicit Concilium Braccarense tertium.

INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII SPALENSIS PRIMI.

¶ De concilio Spalensi ad pegasium episcopum misso.

¶ De mancipiis ecclesie ab episcopo proximis suis collatis.

¶ De clericis cum quibus mulieres cohabitant.

Capitulum primum.

Capitulum secundum

Capitulum tertium.